Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



40

meet de scribi. Diapente consonantia est quinque vocum
soni seu sonorum per spatia trium plena in tegra et perfecta
et perfectius, non plenius nec integrum et in perfectius spatium ad
invicem concordi amicitiae inventum dulcissima et uni-
formis acceptio. Hoc modo descripto consonantie di
apente ut aliarum suppositorum iunctionum suis genere et
differentijs constare videt. Et per spatia trium in tegra plena atque perfecta tres in ea contentos tonos. et per spatium
unum in perfectius minus semitonium intelligimus. Cum
duobus tonis ac semitonio minori consonantia diapente
est connexa. Cuius intervalla quatuor sunt. Distat di
apente per tonum a diatessaron in quo transgreditur.
Hoc autem fit quia proportio sesquitertia quae est diatessaron et
proportio sesquialtera quae est diapente per sesquioctavam proportionem quae toni est in duplice superat. quam si a sesquialtera sesquioctava auferatur sola sesquitertia relinquitur. Diapente et proportio
sesquialtera seu quinta nuncupata est. quae in suo monstrabitur loco: Virtutum diapente solum per semitonium
minus excedit ut consideranti patet: Quia maiora
semitonia totidem quot minora ex duobus tonis et a
uno seorsum semitonium minus in diapente comprehendunt:
Quatuor et semitonia sed tria sunt semitonia
in diapente maiora: